



Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen

...

Das ist: Lehrreiche Predigen/ Von der Seeligsten Mutter Gottes Maria
unserer lieben Frauen/ auf dero Fest-Täge

Barcia y Zambrana, José de

Augsburg, 1718

Approbatio D. Doctoris Rodriguez de Montfort, Consilii supremi
Inquisitionis Generalis, ejusdémque Congregationum [...]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76465)

Approbatio.

causae de Paula, cuius commissimus, constat, nihil in illo contineri Sanctae fidei nostrae Catholicae, ac bonis moribus contrarium. Datum Madriti 4. Id. Septembris, anno millesimo sexcentesimo, nonagesimo.

Alphonfus de Portillio & Cordos Lic.

Ex ejus mandato

EMMANUEL de S. MARTINO,
Notarius.

APPROBATIO

D. Doctoris Rodriguez de Montfort,

Consilii supremi Inquisitionis Generalis, ejusdemque Congregationum Secretarum Qualificatoris, & illius nomine bibliothecarum ac librorum horum regnorum revisoris Generalis, S. Marthae de Thera Abbatis, Sanctae Ecclesiae de Astorga Canonici Archi-Episcopatus Toletani Examinatoris synodalis, & Apostolici Nunciaturae Hispaniae, Regiae Majestatis Concionatoris & Sacellani honoris, regique Palatii Curionis, nec non Regiae Capellae Quaestoris &c.

M. P. S.

SI fieri posset absque Rd. mae. D. V. Jurium laesione, ac styli communis alteratione, non permittentis, ut opus aliquod praevi beneficio in publicam lucem prodeat, nisi prius authenticam approbationem obtinuerit; Supervacaneum judicarem hoc mandatum, quod R. ma. D. V. mihi remittit, ut librum hunc a D. Doctore Josepho de Barzia & Zambrana, Ecclesiae Primitivae Toletanae Canonico, regiaeque Majestatis Concionatore conscriptum perlegam: cum enim iste fateatur, eum esse hunc (ad Plinij mentem) parum obligationi mae dicendum superest: *Plin. li. 2. omnia dixi, cum virum dixi.* Non desunt Auctores fama adeo eminentis, ut solo nomine tantam operibus suis auctoritatem concilient, ut quicumque ea, vel solius censura ferenda gratia, relegere praesumpserit, temeritatis notam haud effugiat, tamen Zelo suo excusare sese nitatur, nisi praecipuum ei (quemadmodum & mihi) necessitatem imponat. Uti nec opera desunt, (inquit S. Cyprianus) quae ipsamet eruditionem suam loquantur, quin lingua legentis exaggerentur; habent enim & opera suam linguam, habent suam facundiam, etiam tacente lingua legentis.

Veramenimvero quaeunque densum ambages quarat Idem illa, quam pluribus abhinc diebus de scriptore isthoc concepi, ut non dicam in particulari, quid de studiis histice sentiam; nihilominus obedientia mea motivum non invenit, quod ad omittendum R. mae Dom. V. rae mandatum sufficiat. Quare, ne in hac affectuum contrarietate admiratio mea remissa permaneat, dico simul & semel idipsam de hoc opere, quod de alio simili (quamquam in occasione minus opportuna) Plinius asseruit: *hoc opus pulchrum, validum, sublime, varium, elegans & purum.* Hae proprietates pulchri, quae hic primo loco requiruntur, diversas analogias in intellectibus humanis continet; nonnulli pulchram vocant orationem ob sublimitatem vocum, alii ob energiam conclusionum, alij ob acumen conceptuum; cumque nulla harum circumstantiarum in hoc libro desideretur, ego in illius objecto summum pulchritudinis apicem deprehendo; cum enim B. V. Mariae prerogativas exhibeat, nec devotio nec fides in objectum pulchrius incidere potest, non introducendo in hanc comparisonem Divino ejusdem Filio. *Validum.* Soliditas discursus in autoritate fundatur; parvi confiterit operis hujus artificii, quod nulla in eo cogitatio reperitur, a veritatibus Patrum, & Sacrae Scripturae non comprobata, siquidem raras invenies, qui in Sacra Scripturae ac Patrum notitia illum excedant. Et nisi timerem

dicacis

Approbatio

dicacitatem eorum, quibus videri possem à censura hujus operis ad aliorum Auctorum opera censenda transire, ostenderem, quam exiguam æstimationem mereantur discursus elaborati à subtilitate perverforum ingeniorum auctoritate destitutorum, quam Sanctorum eruditio eis tribuere debet. *Sublime* hoc de argumento accipitur, quod cum in præsentia rum de plausu gloriæ Mariæ debito agat, altius profectò, nisi de ipsius Dei Throno, esse non potest. *Varium*. Scriptorum varietas aliud pulchritudinis genus est, cumque tot sint Regiæ hujus mysteria, is, qui ea leget, sine affectatione copiam multitudinis una cum suspensione varietatis obviam habebit. *Elegans*. elegantia styli (dummodo non sit affectata) oratorum genij pars esse solet, & in hoc scriptore prodigiolo vocum elegantia facta est altera natura. *Purum*. Quàm appositè Plinius operis perfecti requisita puritate complevit! & istud quidem, nisi tam purum foret, quomodo Mariæ Sanctissimæ proprium esse posset?

Superest solum titulus venerationi meæ expendendus. *Excitatorum Marianum* vocat Auctor. Gravis hujus Scriptoris Idæa est, singulis operibus suis *Excitatorum* inscriptione momentum tribuere. *Excitatorum Christianum* appellavit libros missionum cum omnium plausu receptos. *Excitatorum* orationes Evangelicas Quadragesimæ. *Excitatorum Eucharisticum* totum sermonum de Christo Eucharistico. Nunc istud *Excitatorum Marianum* indiget. Tot excitatores? omnino, centet enim (& cum ratione) multos esse dormientes, cum morum suorum perveritate, tum ignavia suæ facino, ad gravissimum animæ suæ negotium. In hoc facinore semper versatus fuit, & etiamnum versatur ipsius Zelus: dicant hoc non solum muti illius libri, sed eloquentes ac efficaciæ voces. Ego sanè ingenuè ac cum veritate assertere possem, semper incendi teporem meum, quotiescunque illi ausculto. Quare, cura sermones ejus non minus corda penetrent, quàm in commune emolumentum cedant, facilis erit approbatio quæ, hincscunquè operis illius, quemadmodum Zonaræ videtur: *Orationem, quæ nobis cordi est, facile comprobare solemus.*

In hac venerabunda confessione omnis mea censura comprehenditur, vox, quæ non immerito violenta videri posset, nisi eam officium, in quo tam sublime præceptum me constituit, coonestaret. Ego illam mitigarem, nisi doctissimus Abbas & Episcopus Duxen. Pat. c. l. mienis calami mei cursum sisteret: *landa parè, reprehensibilis est enim nimia laudatio, siquidem adulatione suspecta est: testimonium veritati, non amicitia reddet.* Prima documenti hujus pars haud magna mihi vim afferret: siquidem meritorum tam eminentium laus in scopulum adulationis nequam impingeret. At verò posterior pars non modicam mihi difficultatem creat: nam si veritas, ut decenter adornata compareat, amicitia vestem non admittit; ego sanè negare non possum, me cum scriptorum istorum artifice profiteri maximam, ob lucrum ex eo vanitati meæ proveniens. Etenim studia quædam sunt, quæ si modestia consideret ut viribus destituta, silicrum quærere solent in ijs, quæ jure meritißimo tantopere celebrantur. Hoc siquidem altitæ industriæ inventum est, ad conciliandam sibi alienis sumptibus existimationem.

Itaque cum æquissimo R. mæ D. V. permisso in publicum prodeat liber iste, utpote communi instructioni serviturus, ad devotionis erga Mariam Sanctissimam fervorem, mysteriorum supremæ caloræ Regiæ exaltationem, nominis Christiani utilitatem, eorundem instructionem ac ædificationem, quibus vel fors erit, vel ambitio, cum legendi: talis enim, ac illius cum sit, vivam in eo virtutes invenient legem, vicia fugam, boni mores alimentum, ac talem doctrinæ soliditatem, in qua nec versatissimus & scrupulosissimus scripturista ullum apicem reperiat veritati Catholicæ nostræ religionis adversantem. Ita sentio, salvo meliori &c. & Palatio Regio 3, Cal. Februarij 1691.

Doct. Petrus Rodriguez;
de Montfort &c.

CEN-